

quàm à centro terreni orbis. Quæ diuersitas in I maxima est: pro-
pterea quòd integra Telluris $\epsilon\kappa\kappa\epsilon\nu\tau\rho\acute{o}\lambda\eta\varsigma$ eius distantia accedit. In
Ioue autem parum mutatur, quia is, non vt Saturnus è regione So-
lis fit altissimus, sed in I , vbi ferè æqualiter abest ab vtroque cen-
tro Solis & Orbis magni. Atque inde etiam ad oculum patet de-
monstratio eius, quòd Copernicus lib. 5. Reuol. cap. 4. 16. & 22. sub
finem, de mutabili Eccentricitate Martis & Veneris ad mutatio-
nem terrenæ, breuissimis verbis innuit: Rheticus verò in sua Nar-
ratione copiosius persequitur. Aliud etiam est, cuius nos isthæc
tabula admonet, quod quia commodiùs alio loco dici potest, nunc
differam. Nunc ad rem. Pandam autem quadruplicem ordinem
numerorum. In primo erunt Planetarum abscessus à centro magni
Orbis: sicut ij abscessus & numeri ex Copernico & prutenicis sim-
pliciter & sine mutatione eliciuntur. In Secundo erunt abscessus
orbium à Centro Solis, qui proueniunt ex Copernico post illam re-
solutionem numerorum, de qua modo vidisti tabulam. In tertio &
quarto venient rursus abscessus planetarum à \odot , prout illi per
interpositionem corporum mutati sunt. Et tertius quidem ordo
erit ex structura mundi ea, quæ pro fundamento habebit orbis ter-
reni crassitiem simplicem, non accésito systemate Lunari. Quartus
denique prodet crassitiem orbis terreni tantam, quæ suprâ & infrâ
semidiametrum orbis Lunaris contegere possit.

		0	1	11	0	1	11	0	1	11	0	1	11
♄	Altifs.	9	42	0	9	59	15	10	35	56	11	18	16
	Humil.	8	39	0	8	20	30	8	51	8	9	26	26
♃	Altifs.	5	27	29	5	29	33	5	6	39	5	27	2
	Humil.	4	58	49	4	59	58	4	39	8	4	57	38
♂	Altifs.	1	39	56	1	39	52	1	33	2	1	39	13
	Humil.	1	22	26	1	23	35	1	18	39	1	23	52
ter- ra	Altifs.	1	0	0	1	2	30	1	2	30	1	6	6
	Humil.	1	0	0	0	57	30	0	57	30	0	53	54
♀	Altifs.	0	45	40	0	44	29	0	45	41	0	42	50
	Humil.	0	40	40	0	41	47	0	42	55	0	40	14
♁	Altifs.	0	29	24	0	29	19	0	30	21	0	28	27
	Humil.	0	18	2	0	14	0	0	14	0	0	13	7
☉	Altifs.	0	2	30	0	0	0	0	0	0	0	0	0
	Humil.	0	1	56	0	0	0	0	0	0	0	0	0

Hæc di-